

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Fides siue fidelitas ad cum uariis

Vtinam attenderent Iudei, utinam aduerterent pagani, cum quanta consciencie securitate pro hac parte ad diuinum iudicium poterimus accedere. Nonne cum omni confidencia Deo dicere poterimus: Domine, si error est, a te ipso decepti sumus. Nam ista tantis signis et prodigiis confirmata sunt, et talibus que non nisi per te fieri possunt, et certe a summe sanctitatis uiris sunt nobis tradita cum summa et autentica attestacione probata, te ipso cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis?

Ricardus libro I. de trinitate.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

aduerterent] attenderent P V¹ V² L¹ L²; confidencia] fidutia P V¹ V² L¹ L²; autentica] conf
add. (del. infra) M